

Actus apostolorum

582

prohibet me baptizari: Dixit autem
 philippus. Si credis ex toto licet
 Et respondens ait. Credo filium dei
 esse iesum christum. Et iussit stare cur-
 rum. Et descenderunt uterque in aquam
 philippus et eunuchus: et baptizauit
 eum. Cum autem ascendisset de aqua
 spiritus domini rapuit philippum: et
 amplius non vidit eum eunuchus.
 Ibat enim per viam suam gaudens.
 philippus autem inuentus est in a-
 zoto: et pertransiens euangelizabat ci-
 uitatibus cunctis donec veniret cesa-
 ream.

CIX

Daulus autem ad huc spiras
 minarum: et cedis in discipu-
 los domini accessit ad prin-
 cipem sacerdotum. et petijt ab eo epi-
 stolas in damasco ad synagogas.
 ut si quos inuenisset huius die viros
 ac mulieres vincitos perduceret i ihe-
 rusalem. Et cum iter faceret: contigit
 ut appropinquaret damasco. Et subi-
 to circumfulsit eum lux de celo: et ca-
 dens in terram audiuit vocem dicen-
 tem sibi. Saule saule quid me perse-
 queris? Qui dixit. Quis es domine?
 Et ille. Ego sum iesus quem tu perse-
 quers. Durum est tibi contra stimu-
 lum calcitrare. Et tremens ac stupēs
 dixit. Domine quid me vis facere?
 Et dominus ad eum. Surge et ingre-
 dere ciuitatem: et ibi dicetur tibi quid
 te oporteat facere. Viri autem illi qui
 comitabantur cum eo stabant stupe-
 facti: audientes quidem vocem nemi-
 nem autem videntes. Surrexit autē
 Saulus de terra: aperitque oculis ni-
 hil videbat. Ad manus autem illum
 trahentes. introduxerunt damascum.
 Et erat ibi tribus diebus non vident
 et non manducauit neque bibit. Erat
 autem quidam discipulus damasci

nomine ananias. Et dixit ad illum i
 visu dominus. Anania. At ille ait.
 Ecce ego domine. Et dominus ad eum
 Surge et vade in vicum qui vocatur
 rectus: et quere in domo iude. sauluz
 nomine tharsensem. Ecce enim orat.
 Et vidit virum Ananiam nomine i
 troeute et iponete sibi manus ut visu re-
 cipiat. Respondit autē ananias. Do-
 mine audiui a multis de viro hoc qua-
 ra mala fecerit sanctis tuis in iherusa-
 lem. Et hic habet potestatem a prin-
 cipibus sacerdotum: alligandi om-
 nes qui inuocant nomen tuum. Di-
 xit autem ad eum dominus. Glade
 quoniam vas electionis est mihi iste
 ut poteret nomen meum coram genti-
 bus et regibus et filiis israel. Ego eni
 ostendam illi: quanta oporteat eum
 pro nomine meo pati. Et abiit anani-
 as et introiuit in domum: et impones
 ei manus dixit. Saule frater domini
 misit me iesus: qui apparuit tibi i via
 qua veniebas ut videas et implearis
 spiritu sancto. Et confestim ceciderunt
 ab oculis eius tanquam squame: et visu
 recepit. Et surgens baptizatus est. et
 cum accepisset cibum confortatus est.
 Fuit autem cum discipulis qui erant
 damasci per dies aliquot. Et continuo
 ingressus in synagogas predicabat ie-
 sum: quoniam hic est filius dei. Stu-
 pebant autem omnes qui eum audie-
 bant: et dicebant. Nonne hic est qui
 expugnabat in iherusalem eos qui in-
 uocabant nomen istud? Et huc ad hoc
 venit: ut vincitos illos duceret ad prin-
 cipes sacerdotum. Saulus autem mul-
 to magis conualescebat et confunde-
 bat iudeos qui habitabant damasci:
 affirmans quoniam hic est christus.
 Cum autem impleverentur dies multi
 concilium fecerunt in vnum iudei ut
 eum interficerent. Pore autem face

jo 3

